Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



quod potest saluare animas uras. lobem.
Hillo. T. Dixit d. i. d. s. Vado ad eum qui
misit me. et nemo ex uobis interrogat me
quo uadis. Sed quia hec locutus sum uobis.
tristicia impleuit cor uram. Sed ego ueritatem
dico uobis. expedit uobis ut ego uadam.
Si enim non abiero paracletus non ueniet ad uos.
si autem abiero mittam eum ad uos. Et cum uenerit.
ille arguet mundum de peccato. et de iustitia
et de iudicio. De peccato quidem. quia non cre
dunt in me. De iustitia autem. quia ad patrem
uado. et iam non uidebitis me. De iudicio autem.
quia princeps mundi hui iudicatus est. Adhuc
multa habeo uobis dicere. sed non potestis
portare nunc. Cum autem uenerit ille spiritus
ueritatis. docebit uos omnem ueritatem. Non enim
loquetur a semetipso. sed quecumque audiet loque
tur. et que ventura sunt annuntiabit uob.
Ille me clarificabit. quia de meo accipiet et
annuntiabit uob. Dom. s. p. e. Jacobi. a.
Omnes qui estis factores uerbi et